

SOCIETAS ROMANA EDITRIX

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

quae proprietatem habet Italici diarii "Corriere d'Italia",
et menstrui commentarii "VOX URBIS", quaelibet
opera edenda suscipit.

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

MONITUM

Operculi paginae commentarii VOX URBIS ad nuncia
officinarum, librorum, artificum evulganda, apta maxime
sunt, quod commentarius ipse per universas orbis regiones
latissime diffunditur.


Requirantur pretii prospectus
a SOCIETATE ROMANA EDITRICE

Roma - Via delle Coppelle, 35 - Roma

Ann. XIII.

ROMAE, Mense Aprili MCMX

Num. IV.



DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS ROMANA EDITRIX

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recto tramite mittendum
ad SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsiae Polonorum
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna"

Varsiae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

"CORRIERE D'ITALIA,"

Darium Romanum negotia pertractans quae ad res civiles,
religionem, commercia spectant.

Catholicorum diariorum omnium in Italia maxime diffusum.

Notitias quotidie sibi proprias accipit tum ex Italia, pro
cuius provinciis peculiares, quotidie pariter, vulgar
editiones, tum e praecipuis civitatibus orbis universi.

Pretium annuae subnotationis est:

In Italia lib. 15; apud exteras gentes lib. 30.

Subnotatio cumulativa cum commentario VOX URBIS:

In Italia libel. 18; ubique extra Italiam lib. 34,50.

Subnotationes mittantur
ad SOCIETATEM ROMANAM EDITRICEM

ROMA — Via delle Coppelle 35, — ROMA

Ann. XIII.

ROMAE, Mense Aprili MCMX

Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De Syllabi Pii PP. X propositione XXVII.
De re litteraria apud Subatipos. — De iurisprudentia.
Friderici Choponli commemoratio.
Colloquia Latina. — Pilare certamen.
Ad Golgotham. — Sacra actio dramatica I. B. FRANCESIA versibus se-
naris conscripta.
Vaticana muralis pictura Costantinum Imperatorem effigies
baptismatis fonte regeneratum.
Acta Pontificia. — Pontificiae litterae ad Archiepiscopos et Episcopos
Mexicanae civitatis ob saecularia solemnia ab instituta republica.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae se-
lectae.

Diarium Vaticanum.
Annales. — Balkanicæ res. — In Graecia. — Finis Finlandiae.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
librorum recensio. (V. Cathrein. - B. Melstermann. - V. Giraud. -
S. Scaglia. - A. Vicent. - A. Gemelli).
libri recens dono accepti.
Epistolaram commercium.
Aentigmata.
Appendix: Arrae Gorgonae.

De Syllabi Pii PP. X

propositione XXVII

« Evangelio non crederem, nisi me catho-
licae Ecclesiae commoveret auctoritas. »

S. AUGUSTINUS.

Errores qui sub Leone XIII, modo latenti serpabantur, incredibili velocitate sub Pio X inter catholicos diffusi sunt, atque a modernistis acriter defensi fuere. Quamvis errores isti, prima fronte *sparsi veluti atque invicem seiuncti* videantur, tamen extra dubium est omnium haereseon collectum efformare.

Ne igitur, per huiusmodi errores, fides corrumperetur, Pontifici Pio X placuit, Officio S. R. et Universalis Inquisitionis committere, ut praecipui inter eos « notarentur et reprobarentur ». Sacra Congregatio mandato Pontificis obediens, examen instituit atque *Decreto* quadam generali 65 propositiones reprobavit ac proscriptis. Hoc feria iv die 3 Iulii 1907 factum est. Sequenti vero feria v die 4 eiusdem mensis et anni, facta de his omnibus SSmo. D. N. Pio PP. X accurata relatione, Sanctitas Sua decretum Emorum Patrum approbavit et confirmavit atque omnes et singulas supra recensitas propositiones ceu reprobatas ac proscriptas ab omnibus haberi mandavit. Itaque publici iuris factum est *Decretum Lamentabili sane exitu*, cui a nonnullis, propter similitudinem cum Syllabo Pii IX, recte nomen « Syllabi Pii X » tributum fuit. (1)

Inter propositiones damnatas, duodecim propositiones (27-38) inveniuntur, Divinitatem, Ministerium, Denominationes, Doctrinam, Scientiam neconon Resurrectionem Iesu Christi respicientes. Innixi Augustini (2) veribus: « Ego vero Evangelio non crederem, nisi me

catholiceae Ecclesiae commoveret auctoritas », in *Vox Urbis* examini subiicimus Propositionem 27^{am}, quae so-
nat: « Divinitas Iesu Christi ex Evangelii non pro-
batur; sed est dogma quod conscientia christiana e no-
tione Messiae deduxit. »

* * *

Propositio haec, quasi ad litteram desumpta fuit ab ipso Loisy (1) dum scribit: *La Divinité du Christ est un dogme qui a grandi dans la conscience chrétienne, mais qui n'avait pas été expressément formulé dans l'Évangile; il existait seulement en germe dans la notion du Messie fils de Dieu... La Divinité de Jésus n'est pas un fait de l'histoire évangélique.* Per recensitam Syllabi propositionem reprobatur 1^o error dicentum: « Divinitatem Iesu Christi ex Evangelii non probari »; 2^o assercio dicentum: « Christus est Deus quia *Messias Iudeorum*, est utique a Deo electus, consecratus, spirituque Dei donatus, sed manet homo, ideoque etiam Christus, homo purus est ».

In primo errore invenitur Renan (2) dum rhetorice scribit: « Nunquam intentio Christi fuit, se esse ipsius Dei quamdam Incarnationem; silent Evangelia Synoptica, ac in solo S. Iohannis Evangelio hoc indicatur. Jesus Ipse doctrinam hanc reiecit, dum (MATH. xix, 17) ait: Unus est bonus Deus »; Iesum esse Deum vel aequalem Deo calumnia quaedam Iudaeorum est. Ipse se minorem Patre declaravit, quamvis Jesus Christus maior homine sit, infinite tamen a Deo distans est ». Idipsum docet A. Harnack (3) scribens: « Apostoli Pauli speculationi debetur fides, qua creditur Deum fuisse in Christo et Christum naturam quamdam eaelestem habere. Propo-

(1) *Autour d'un petit livre. Lettre à un archevêque sur la Divinité de J. C. I.*

(2) *Vie de Jésus* c. xv.

(3) *Das Wesen des Christenthums* p. 32 et 116.

ARRAE GORGONIAE

(Cfr. num. sup.)

(3)

Sustulit ille caput, contractoque ore, licet voce submissa:

— Iure obiurgas, — inquit — legate; at, die, rogo, quis haec ad te misericit, cuiusque epistola sit?

Tunc ille aperto sermone:

— Haud sunt ferme recens nuptiae characteres; sed Domitii Afranii patris eius.

— Recens nuptam, dicas? — anxie petuit iuvenis subito gressu procedens.

At ille lenta voce:

— Tua ne mente excidat coram legato te esse: audi igitur quieto animo. Afranii litterae sunt ad Quintilium Varum, qui ad me, quem patris tui contubernalem novit, te earum latorem misit subscrispsitque ut rem nunciarem amice. Res sunt Luciae Domitillae, Domitii filiae, nuptiae cum Quinto Aulo praetore. Puellae mandato arrae tibi remittuntur, quas ei olim dedisti.

Dum haec verba brevi et quasi neglecta voce Caecilius profert, pallor vicissim atque rubor iuvenis os rapida vice occupabat, et represso vix fremitu, eius pectus concutiebatur. Mox caput demisit defixis in solum oculis, dum ille pergit mutata voce:

— Ad alterum veniamus igitur, sintque ea nuptia libus nunc ei laetiora.

At vix alteram devolvens membranam oculos in eam coniecit, statim e lectulo prosiluit, atque attoniti iuvenis prorsus oblitus, e tentorio erumpens magna voce centurionem advocavit.

Quem exemplo ingressum — eratque ei athletae quasi corpus, — rogavit concitis verbis:

— Balbe, exquid novi ab extremis excubiis?

— Nihil, quod sciām.

At institūtū legatus:

— Barbarorum copias instare, aggredi, conspici in silvis?

— Minime quidem — firma voce ille respondit.

— Quietā igitur omnia?

— Puto; adventum si exceperis equitis huius,

Prol verum est! — clamavit tum Caecilius, pal-

frontem percutiens, ad Atilium conversus:

Dic tu igitur — rogavit. — Barbaris ne occurri-

... Age... tibi dico, eques, audisne?

Atilius enim videbatur quae circum essent non videre; adeo attoniti oculis lucernae flammulam de-mirabantur. At centurio silentis excussit brachium:

— Audi, eques, quid legatus rogitet? Barbaris occurristi?

— Barbaris? — tunc ille quasi e sommo excitatus.

— Me immemorem! Occurri equidem, etsi re non vi-derim; sed sagittas audivi sensim in me coniectas.

— Ubinam? — scisicitavit anxie Caecilius.

— In silva, nec longe a castris, Pegasumque meum carissimum vulneratum...

— Martem obtestor! — intercepit Caecilius. — Abite statim ambo — iussit; — canite tuba, advocate tribunos!... Abite, hercle, in cruce! — Quumque duo illi p̄e stupore nutarent adhuc, ipse cingulum ex clavo arripuit, seseque festina manu succingens e tentorio erupit.

II.

Atilius vero demisso arroganti capite media per tentoria contrariam arripuit viam. Dum ille tamen quasi ebrius incerto ac nutante gressu properat, canebat procul tubae, quae tribunos centurionesque ad concionem vocabant. Mentem vero iuvenis animunque veluti febrilia somnia occupabant, dissitae maxime a castrensisibus rebus species, solaque in auribus verba legati vehementer insonabant, quae Luciae Domitillae nuptias significaverant. Manet enim saepe unumquemque nostrum decretoria quaedam vitae hora, qua vel incautis eiusquam dictis, vel mutu inopino, aut ietu oculi male ominato, aliave levissima causa, omnes adolescentiae spes adeo velociter delabuntur, ut exactam simul iuventutem, imitamque maturorem aetatem momento temporis expeririātur.

Hae dum iuvenis inconscio in animo succedunt species, rectum iter sequutus, is ad portam praetoriam paulatim rediit, occurritque custodiae militibus, qui, defixa humi facula, iacenti equo galeam aqua plenam admovabant. Qua re percusus, statim ab internis curis reddit Pegasumque iacentem agnovit.

Procumbit igitur, galeam ipse abripit, ac sustentans laeva belluae nares in os aquam immittere conatur. Bellua contra arte obseratis dentibus et languentibus oculis planctu suffusis, tota infremuit. Aderat eius vulneri constricta loris vita: frustra tamen; nam alternante anhelitu, sanguinis fluctus vulnere erumpebat ac late circum cruentabat terram.

Brevi autem ne caput quidem erigere bellua valuit amplius, recubuitque in sanguine suo, distentisque cruribus, autoque membrorum tremitu, mortis angore obstringi apparuit. Palpabat equum iuvenis et anxie blandiebatur tanto vocis moerore, ut nunquam eum diceres maiore luctu fuisse correptum: tantus erat vultus pallor tantusque ex oculis fletus vix cohibitus erumpebat.

— Pegase, gloria nostra, dominae nostrae deliciae... intuere herum, ne me tu quoque deseras, quem infida domina iamdiu fecellit...

At quoniam lacrymis non licet instaurare vitam, quum miserrimus ille morientis caput iterum sustinuisse, supremus mortis fremitus belluam concussit, eius caput equitis manu effugit; mox altissimo hinnitu, pulsans vanum unguis aërem, iners bellua iacuit. Concidit in cadaver Atilius suumque ipse caput percutiens:

(Ad proximum numerum).

I. A. COSTAGGINI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

USUM LATINI SERMONIS PER ORBEM UNIVERSUM TUETUR AC FOVET

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, vel cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eundem explere desideria sua possit.

Prēmium annuae subnotationis est:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiā: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recto tramite mittendum

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA,

quae commentarium possidet nunc atque administrat.

SOCIETAS ROMANA EDITRIX

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

quae proprietatem habet Italici diarii "Corriere d'Italia",
et menstrui commentarii "VOX URBIS", quaelibet
opera edenda suscipit.

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

MONITUM

Operculi paginae commentarii VOX URBIS ad nuncia
officinarum, librorum, artificum evulganda, apta maxime
sunt, quod commentarius ipse per universas orbis regiones
latissime diffunditur.

Requirantur pretii prospectus
a SOCIETATE ROMANA EDITRICE

Roma - Via delle Coppelle, 35 - Roma

Ann. XIII.

ROMAE, Mense Maio MCMX

Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS ROMANA EDITRIX


Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recto tramite mittendum
ad SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA



SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf
—
Varsaviae Polonorum
Rakewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna",
Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.
London W.
28, Orchard Street.

IN CANADA

apud
Burns and Oates
Librairie Granger Frères
Montreal
1699, Rue Notre-Dame